Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Fructus doctrinae, in praedicatore aspicere oportet. Caput XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

Visual Library

Matt. 23. iudicandos. Facimus quæ dixerunt, ſecundum opera verò eorum non facimus. Illud bonum, hoc malum eſt. Illud ex Deo, hoc ex diabolo erat. Sicut & hodierna die (vt prius dixi) etiam audimus prædicatores malæ vitæ, interimq; ſani ſunt in fide, & viam Dei docent in veritate, ſine quouis erroris fermento & corruptione, audimus etiam dyſcolos, operãtes iniquitatem, & graues iniquitate, interim Matt. 22. quòd idipſum ſapiunt cum eccleſia Dei in alterutrum ſecundum Ieſum Chriſtum & vnanimes in fide, vno ore honorificant Deum nobiſcum, & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti. Rom. 15. 1. Cor. 1.

Fructus doctrinæ, in prædicatore aſpicere oportet.

Caput XXI.

A POſtremò, in prædicatoribus, qui doctrinam ſuam ſignis veris, portentis & prodigijs nó confirmant, nec ſuam miſsionem vllo prophetico aut alio certo ſcripturæ ſermone aſtruunt (quod infallibile & veriſsimum eſt) fructus doctrinæ eorum attendere oportet. A fructibus námq; arbor, & à bonitate auditorum prædicator verbi Dei, cognoſcitur. De quibus fructibus libro primo multa ſunt dicta, quæ legantur ibidem. Matt. 7.

B Nam veniunt quidam in ſignis mendacibus, virtutibus & ſignis tam ſtupendis in omni ſeductione iniquitatis eis qui pereunt, eò quòd veritatem charitatis non receperũt, vel receptam non cuſtodierunt vt ſalui fierẽt: Ideo Deus mittit eis operationem erroris, vt credant & conſentiant mendacijs, & iudicentur ad mortem æternam omnes, qui non crediderunt & conſenſerunt veritati, ſed iniquitati. Et ſigna illa falſa, tam magna erunt, ita vt in errorẽ inducãtur (ſi poſsibile foret) etiam electi ante mundi conſtitutionem in Chriſto vt ſancti eſſent, & immaculati in cõſpectu eius in charitate. Matt. 24. 2. Theſ. 2. Rom. 13. Luc. 21. Ephe. 1.